



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M AE.

- 1 Renunciatio iuris iam delati, sed nondum acceptati, & renunciatio iuris non delati differunt quoad effectum reuocationis illius. Anchar. in consi. 101. declaratur.
- 2 Renunciatio iuris agendi ad legitimam, uel eius supplementum facta à filio, uiuente patre, non potest à creditoribus filii reuocari: secus in renunciatione post mortem patris facta.
- 3 Legitima aliquo modo filio, uiuente patre, debetur.
- 4 Lucrum dotis marito, uiuente uxore, contra iuris regulas debetur. Et est exorbitans, ac odiosum.
- 5 Remissio lucri dotalis, & remissio legitima, uel supplementi illius differunt.
- Et remissio lucri dotalis est facilius.
- 6 Remissio facta à patre de eo, quod sibi in premium emancipationis debetur, non potest à suis creditoribus reuocari.
- 7 Remissio falcidia, seu trebellianica facta ab herede grauato non reuocatur à creditoribus illius etiam hypothecariis.

E P I T O M E.

RENUNCIATIO lucri dotis statuarii facta à marito, uiuente adhuc uxore, quod non possit à creditoribus mariti hypothecariis tanquam in eorum fraudem facta reuocari, demonstratur.

C O N S I L I V M XLIII.

CVM diebus elapsis orctenus allegando sequutus fuero, quod si maritus lucri dotis statuarii, uiuente adhuc uxore renunciauerit, creditores hypothecarii mariti non possint talem renunciationem tanquam in eorum fraudem factam reuocare, audio nunc haesitari per id, quod consuluit Pet. de Anch. in consi. 101. incip. in Christi nomine, ex praedicto themate, & per alia, quae in dubiis proponuntur. Sed idem adhuc sequendo, uidetur posse dicto consilio Petri de Anch. responderi, quod aliud sit, an post ius patri delatum nondum tamen acceptatum quis renunciauerit, & tunc procedat id, quod uoluit Anch. in d. consi. aliud, an ante, quod ius delatum fuerit, quis remiserit, & tunc secus, ut contingit in casu occurrenti: & hanc distinctionem sensit glo. in l. in fraudem. in prin. ff. de iure filii. Et ratio est in promptu, ueluti etiam colligitur ex uerbis Alberi. in l. qui autem. §. si seruum. in si. fi. est ergo differentia. ff. de his, quae in frau. cred. Ex quibus inferitur, quod si filius, uiuente patre, expresse renunciaret iuri agendi ad supplementum legitimae, seu ad totam legitimam, iuxta ea, quae habentur, in l. si quando. §. 1. & fin. C. de inoff. testa. creditores filii non possent talem renunciationem reuocare, ut ex uerbis Anch. ibi inferitur, qui uult solum renunciationem posse reuocari, quia ea post mortem patris facta esset. Praeterea in casu Anchar. si filius renunciando iuri agendi ad supplementum legitimae de remittere id, quod aliquo modo, uiuente patre, ratione naturali, & de iure communi sibi debet. l. in suis. ff. de lib. & posthu. & l. cum ratio. ff. de bon. dam. si at marito, uxore adhuc uiua, lucrum dotis per iuris regulas debetur, & per illud libera facultas testandi de bonis suis uxori auferri uel ad not. per Bal. in l. pro haereditariis. col. 3. in glo. ubi ecce uir. ver. & ad euentiam. C. de haer. actio. & Sali. in l. cum in te. C. de dona. ante nupt. quo fit, ut tale lucrum dicatur exorbitans, & odiosum, ergo de uno ad aliud non est arguendum iuribus vulgaribus. Rursus quoniam maritus, uiua uxore, lucrum dotis remittit, facit rem ad ius commune reuerti, ut ipsa liberè de bonis suis testari possit, sed remittendo ius agendi ad supplementum legitimae, de quo per Anch. receditur à iure communi, & tollitur id, quod filio naturali ratione debetur, ideo primum facilius est iudicandum, arg. l. si unus. §. pactus. uer. quod & in specie. cum uer. quoties. ff. de pact. Confirmo praedicta ex notab. doctrina Alberi. in l. patrè. ff. de his, qui in frau. cred. quod uoluit,

- 6 Quod si pater emancipando filium remiserit illi id, quod in premium emancipationis de bonis aduentitiis debetur, quod est tertia pars aduentitiorum. l. cum oportet. aut. C. de bon. quod lib. §. hoc quoque. Insti. per quas nob. acquir. creditores et hypothecarii non possunt tanquam in ipsorum fraudem factum reuocare, per illi tunc.
- 7 I. seq. ubi haeres grauatus prestare legata, aut rehereditate, per falcidiam, seu trebellianicam remittere creditores id tanquam factum in fraude reuocare possunt, quia iura ex mente Alberi. ibi procedunt à creditoribus hypothecariis, inferendo ad questionem, quā in facto habuit, ut ibi refert. In reliquis me remitto ad dicta ab aliis eximius do. aduocatis, quod multa egerit in uoce, & in scriptis plura deduxerunt. Laus Deo.

S V M M AE.

- 1 Parafrenalia bona quae esse dicantur, & num. 10.
- 2 Maritus absque mandato, & cautione de rato potest pro uxore in bonis parafrenalibus, & quando fructus dictorum bonorum suos faciat, & restituere non teneatur, & quando tenetur, & num. 4. §. 10. 14. & per totum consilium.
- 3 Fructus bonorum parafrenalium, & aliorum bonorum mortuorum, & non esse consumptos, & de conuerso, an praesumatur, & quis probare debeat, an uxor, an maritus. & num. 15.
- 5 Parafrenalia usufructus, aut fructus industrialiæ, aut naturalis, & quomodo maritus restituere teneatur, et quando secus.
- 6 Maritus ex fructibus parafrenalium, et aliorum bonorum mortuorum per ipsum perceptis, et consumptis in dubio factus locupletior censetur, nisi per eum contrarium probetur, & ideo de illationem reddere tenetur. num. 16.
- 7 Pensiones, ueluturæ, & similia potius fructibus industrialibus, quam usufructibus aequiparantur.
- 8 Mulier quae bona habere possit.
- 9 Dotalia bona mulieris quae sint.
- 10 Mulieris bona non dotalia, nec parafrenalia quae sint.
- 11 Maritus quando, et quomodo fructus bonorum uxoris non dotales nec parafrenalium restituere uxori, et de illis rationem reddere teneatur, et quando secus. et num. 14. et per totum.
- 12 Maritus in dubio contra uoluntatem uxoris bona illius non dotalia, nec parafrenalia administrasse, fructusque perceptisse censetur, nisi per eum contrarium probetur.
- 15 Durare, et extare praesumitur res, quae semel extitit, nisi contrarium probetur.
- 17 Maritus in quos usus fructus parafrenalium, et aliorum bonorum uxoris per eum perceptos consumpsit, rationem teneatur reddere, et consumptos in usus proprios ipsius uxori restituere, in dubio in usus proprios consumpsisse praesumitur.
- 18 Maritus, ut fructus parafrenalium, et aliorum bonorum uxoris faciat, & ad illorum restitutionem non teneatur, quid requiratur.
- 19 Mulier si bonorum suorum immobilium, quae ultra dotalia, habet sibi usum, administrationem, liberamque dispositionem in uita, in morte perpetuo seruauit absque ulla impedimento, & in traditione alicuius personae, & postea in eodem usufructu conuenit, quod maritus, eiusque heredes essent liberi, & soluti ab omni onere administrationis reddenda, & dicatur, ut soluti à fructibus perceptis quorumcumque bonorum quorumcumque perceptorum, & administratorum, an censetur de se licentiam marito utendi, & bona praedicta administrandi. Et quomodo istud pactum sit intelligendum.
- 20 Pactum in emphyteosi expressum, quod emphyteota possit rem emphyteoticam uendere, & concedere, cuiusque uoluerit, quomodo intelligatur.
- 21 Pactum de non expellendo conductorem quomodo intelligatur.
- 22 Verba contractus, quae pluribus modis possunt intelligi, semper contra illum interpretantur, qui se ex eis fundat.
- 23 Verba generalia, & geminata qualitercumque, & quomodoque intelliguntur, & regulantur secundum ius commune, & casus speciales non includunt.

E P I T O M E.

MARITVM, uel eius heredes ad rationem fructuum bonis siue parafrenalibus, siue aliis bonis uxoris ultra dotalia

dotalia perceptorum reddendā, nec ad illorum resti-
tutionem uxori teneri, & quando, & quomodo fructus
prædictos, suos faciat, & ad illorum rationem reddē-
dum, siue restitutionem faciendam, non teneatur, &
quando secus, hic plenè demonstratur.

CONSILIVM XLIIII.

Iso tenore instrumenti dotiū do. Aloyſie fi-
liae dñi Danielis, vñ prima p̄sideratione de
iure cōcludēdū eſſe, q̄ ipſa do. Aloyſia nō
poſſit cōtra hāredes do. Alexandri eius ma-
riti agere ad reddendū rationē fructuum, & reddi-
tū perceptorum per dictū do. Alexandrū ex bonis pa-
raſrenalibus, q̄ ipſa vitra, ſiue extra dotem induxit in
domū dicti eius mariti, de quibus in dicto instrumen-
to, & in primis, nā vbiq̄q; vxor vitra, ſeu extra dotē
ſecū deſert aliqua bona ad domum mariti etiā ratio-
nem ſui proprii vſus, & illorū cuſtodia, & adminiſtratio-
nem, ac mādātū marito cōmiſit, tūc illa bona dicun-
tur eſſe, & ſunt paraſrenalia, vt ſuit de mente Azo. in
ſumma. C. de iur. dot. ac Iacob. Butrig. & Bart. in l. ma-
ritus. C. co. tit. Alex. in l. pen. ff. ad l. falcid. & in cōſilio
ſuo 63. in 2. volu. & in cōſil. 42. in 1. volu. ex quo ſequi-
tur, q̄ ipſe maritus abſq; alio mādato, & abſq; eo, qd̄
caueat de rato, pōt pro vxore agere, vt habetur in d. l.
maritus. & in l. ſi. C. de pact. cōuen. Itē fructus, ac re-
ditus talium bonorū conſumptos facit ſuos, & ad il-
lorum reſtitutionem nō tenetur, ut eſt tex. in d. l. ſi. &
ibi doct. & habetur per Bar. Alex. & alios in d. l. penul-
t. ff. ad leg. falcid. Sed do. Aloyſia vitra, ſiue extra dotē
detulit in domū do. Alex. eius mariti plura bona, quo-
rum cuſtodia, & adminiſtrationem dicto do. Alexan-
dro cōmiſit, ei permittēdo fructus, & redditus illorū
percipere, & adminiſtrare, put ex tenore dicti instru-
menti apparet ibi in verſ. uolēs, & mādās ex nunc, p-
ut ex tunc &c. ergo hāredes ipſius domini Alexandri
nō dicuntur obligati ad reddendū rationem illorum
nec ad eorū reſtitutionē, ex quo nō extāt, & ſunt con-
ſumpti, prout in dubio præſumuntur, & de hoc debet
dicto iſtori hāredū ſtari, vt uoluit Sali. in d. l. ſi. C. de
pact. cōuen. & ſecundum eum eſt de mente Barto.
in d. l. pen. ſi. n. fructus extarēt, indiſtinctē eſſent vxori
reſtituendi. d. l. ſi. & in d. l. pen. ubi hoc voluit Bart.
Sali. & alii omnes; q̄ quod aut extēt, & nō ſint cōſum-
pti, vxor agens probare tenetur, & non maritus, ſeu
eius hāredes, quoniā ex quo ipſi dicūt illos eſſe con-
ſumptos transfertur onus probandi in vxorē, q̄ extēt,
ut uoluit Sali. in d. l. ſi. ex mēte Bart. in d. l. pen. & con-
ſequenter in dubio p̄ſumuntur cōſumpti, ſi per mari-
tum, vel eius hāredes allegetur illos fuiſſe conſump-
tos. Et ad propoſitum facit id, qd̄ uoluit Bald. in l. ubi
adhuc in 6. colum. ibi, de uno quæritur. C. de iure do-
tium. q̄ ſi res paraſrenales ſunt cōceſſæ viro ad u-
tendū, & quatenus vir fructus cōſumpſit, nō tenetur,
ſed quatenus nō cōſumpſit, ad illorum reſtitutionē
tenetur. Et cōſumptum dicitur, quando nihil reſtat,
ſed quando ex eo aliquid reſtat, uel ipſum idem uel p-
mutatū, uel emptū, id nō dicitur cōſumptū, q̄a in cor-
pore patrimonii retinetur, unde vir tanquā locuplet-
ior ad reſtitutionē illius tenetur, & ſic viro conſum-
ptio fructū rerum paraſrenalium p̄mittitur, ſed qua-
tenus inuenitur locupletior, teneſt ad reſtitutionē, q̄
omnia procedūt, quādo res paraſrenales ſunt traditæ
viro ad utendū, & ſic uolūtate uxoris maritus fructus
percepit, & adminiſtrauerit, ut in d. l. ſi. Sed quando
contra uoluntatem uxoris vir fructus huiusmodi per-
cepit, ille tunc, ſiue eius hāredes ſoluto matrimonio
ad reſtitutionē tenētur, quia illos nō fuit lucratus, cū
nō habuerit titulum, nec aliquā actionē faciendi, in-

uita domina, ut per Bal. in d. l. ubi adhuc. Sed in caſu
noſtro uir percepit fructus, & illos adminiſtrauit per-
mittētē, & uolente domina, & vxore, ac fructus repe-
riūt cōſumpti, ergo &c. ¶ Præterea & ſe cūdo, ſi aut
loquimur de vſuris paraſrenaliū, aut de fructibus in-
dustrialibus, aut de naturalibus: ſi de vſuris, aut extāt,
& ſunt vxori reſtituendæ, aut ſunt cōſumptæ in cōmu-
nes uſus, & maritus nō tenetur illas reſtituere. d. l. ſi.
aut in proprios vſus, & illas tenetur reſtituere, maxi-
mē ſi ex his factus ſit locupletior. Secundo caſu quan-
do quærimus de fructibus industrialibus, idem dicen-
dum eſt, quod in vſuris, ut uidētur cōmuniter cōclu-
dere doct. ueluti reſert Sali. in d. l. ſi. ubi ita tenuerunt
Rayn. & Cyn. quoniā ſicut in exigendo vſuras ex cau-
tionibus vertitur labor, & industria, ita in fructibus in-
dustrialibus: iis tamē latius diſtinxit Martin. Sylima.
ut reſert, ac ſequit Bar. in d. l. pen. ff. ad l. falcid. & Alex.
& Sali. in d. l. ſi. q̄ aut extāt, & debent reſtitui, aut ſunt
conſumpti, & debēt reſtitui, ſi cōtra uoluntatem uxori-
ſ fuerūt p̄cepti. l. de his. ff. de dona. inter uir. & uxo.
l. hac lege. C. de pact. cōuen. ſecus ſi de uoluntate uxori-
ſ fuerunt p̄cepti, quia tūc maritus illos lucratur, nec
ad illorum reſtitutionē tenetur, ſicut de vſura dictum
eſt: tertio caſu, quādo quærimus de fructibus naturali-
bus, ſi extāt, debent reſtitui, ſi non extēt, & ſunt magni
pretii, teneſt maritus illos reſtituere, quatenus factus
eſſet locupletior, ſi uero ſint modici pretii, illos nō te-
netur reſtituere, ut ibi per Sali. & Alex. in locis præal-
legatis poſt Bar. & ſi in dubio præſumit maritus factus
locupletior, quatenus fructus p̄cepti ualuerūt, niſi p
parte mariti contrariū probetur, ut colligitur ex gl. in
l. utrū. in 1. glo. iūcto tex. ff. de peti. hāred. quā ibi mul-
tum cōmendat Ang. & ita deſerminat Alex. in termi-
nis noſtris in d. cōſil. 63. ubi uenio ad aliud dubiū &c.
Quid autē iuris ſit de penſionibus domorum, & affi-
ciſibus prædiorum, & de vecturis nauū, & animalū,
dicendū eſt idē, qd̄ in fructibus industrialibus, nō au-
tem qd̄ de vſuris eſt dictū, quia penſiones, & alia hu-
iuſmodi potius fructibus industrialibus æquiparātur,
quā vſuris. l. ſi nauis. ff. de rei vend. & ita uoluit Bal. in
d. l. ubi adhuc. in pen. col. & Alex. in d. l. pe. Ex quib. in-
fertur, quid dicendū ſit in caſu noſtro, quoniā ex quo
maritus recepit fructus paraſrenaliū de uoluntate, &
cōmiſſione uxoris, & fructus ſunt conſumpti, & ex il-
lis maritus nō eſt factus locupletior, hāredes illius ad
eorum reſtitutionē non tenētur per prædicta. ¶ Sua-
dentur præmiſſa tertio loco ex iis, quæ in instru-
mento prædicto cōtinentur, in quo fuit cōuentū, quod ip-
ſe do. Alex. eiusq; hāredes eſſent liberi, & abſoluti ab
omni onere adminiſtrationis reddendæ, ita quod de
ipſis vſufructibus eorundem bonorū quocunq; per-
ceptorū, & adminiſtratorum abſoluti eſſe ſemper in-
telligātur &c. Vnde quāuis dubiū poſſet eſſe de iure,
an maritus, ſeu eius hāredes tenerentur rationem de
fructibus perceptis reddere, & ad illorum reſtitutio-
nem per ea, quæ ponunt doc. in d. l. pen. p̄ illum tex. cū
ſi. ſupra alleg. tñ ſtante hmōi pacto claro, & certo, di-
cendū eſt, ipſos hāredes nec ad illorū reſtitutionē,
nec ad eorū rationē reddendā teneri, quoniā in in-
certis, & nō in certis locus eſt cōiecturis. l. continuus.
§. cū ita. ff. de uerb. oblig. Præterea conſidero, & noto
illa uerba poſita in dicto instru. uidelicet, eorundē bo-
norum quomodocunq; perceptorum, & adminiſtra-
torum &c. nam ex iis uoluerunt contrahentes ipſum
maritum, & hāredes eius eſſe abſolutos tam pro fru-
ctibus perceptis, & adminiſtratis ex bonis quibuscun-
que, & ſic ſiue eſſent bona paraſrenalia, ſiue quælibet
alia, itē ſiue eſſent bona adminiſtrata uolente mulie-
re, ſiue p̄ eius uoluntatem, ita n. importare uidentur
illa uerba generalia geminata, multumq; prægnan-

tia, quomodoque: perceptorum, & administratorum, ut colligitur ex iis, quæ habentur in c. tuam. extra de ordin. cognit. & per Ioannem Andr. in c. ut inquisitio nis. de hære. tic. in 6. & hanc opinionem approbat etiam Bar. in consi. suo 125. incipien. qd talis est, Titius habens uxorem, qui uoluit, qd quando bona sunt assignata uiro per uxorem tamquam parafrénalia, fructus oēs siue industriales, siue naturales talium bonorum, si sunt consumpti per uirum in domo cōi, non possunt per uxorem repeti ad no. per glosam per illam legem in d. l. si sicut ibi de usuris dñ, in quibus est eadem ratio, ueluti ēt ibi not. per Cy. post glosam, & arguendo de operis seruorum, quæ equiparantur fructibus naturalibus, quæ non possunt per uxorem repeti, ut in l. 1. & l. si id qd. §. si quas. ff. de donat. inter uirū, & uxorem. Præmissis tamē non obstantibus, triam sententiam probabiliorem esse puto ex infra scriptis, præmittendo, qd

8 ¶ mulier pōt habere bona, triplicis generis, uidelicet dotalia, parafrénalia, itē bona, quæ non sunt dotalia, nec parafrénalia, ut uolunt Iaco. Butrig. Bar. & Bal. in

9 l. maritus. C. de procuratorib. ¶ dotalia sunt, quæ dantur uiro nomine dotis pro oneribus matrimonii substinendis. l. ubi adhuc. & l. pro oneribus. C. de iure dotium. & illorum maritus efficitur dñs. l. doce ancillā. C. de rei uendica. & in illis pōt maritus facere, qd sibi placet. l. quoties. C. de iure dotium. eorumq; fructus sunt uiri, & illi acquiruntur. d. l. pro oneribus. & l. dotis fructus. ff. de iure dot. cum similibus. ¶ Parafrénalia bona sunt, quæ extra dotem mulier uiro tradit, & assignat, eiq; illorū custodiam, & administrationē cōmittit, iuxta tex. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. & traditur per Azo. in summa. C. eo. tit. & secundum Alexā. in d. cōsi. 63. sunt bona mobilia, quæ uxor secū defert ad domum mariti, cui illa tradit, & assignat rōne promiscui usus. d. l. si ego. §. dotis. & d. l. si. C. de pact. cōuē. & mulier tradendo, & assignādo hñōi bona marito, ut ipsum facere procuratōrē, & ei mandatū dare, ut possit agere, administrare, usq; illorū habere, ut in d. l. si. Quorum bonorum fructus per consumptionē efficiuntur mariti, quatenus fuerunt consumpti, & in usus cōes, sed non in proprios ipsius uiri. d. l. si. ubi habetur per Doc. & i his fructibus habet locū distinctio Martini Sylma. Bar. & aliorum in d. l. pen. & in d. l. fin.

11 ¶ Bona uerō, quæ non sunt dotalia, nec parafrénalia, sunt illa, quæ mulier ipsi marito non tradidit, nec assignauit, sed corū administrationē, & usū sibi reseruaui, seu reseruasse itelligitur, ex quo marito illa nō tradidit, & iō maritus ea nō administrat, nec pōt administrare, nisi uolente, & consentiente muliere, nec agit, nisi habeat mandatum expressū, & cum cautione rati, ut in d. l. maritus. C. de procuratorib. Hac ponunt Iacob. Butriga. Barr. & alii in d. l. maritus. & in d. l. finali. & Alexand. in d. consil. 63. & in consil. 42. uolum. 1. & omnes Doctores cum hac distinctione concordant: fructusque horum bonorum sunt mulieris indistinctē, maxime si extent, & non sint consumpti, quando tamen maritus illos contra uoluntatem mulieris expressam percepit, & consumpsit, uxori sunt restituendi. l. de his. C. de dona. inter uir. & uxo. si uerō sint percepti de consensu, & uoluntate expressa uxoris, tunc in illis habet locum distinctio, quam ponūt Doct. in fructibus parafrénalium, siue sint fructus naturales, siue industriales, de qua habetur in d. l. pen. & in d. l. si. si uerō non appareat, an fructus fuerint à marito percepti de uoluntate expressa uxoris, nec cōtra eius uoluntatem, & sic sumus in dubio, quem casum omisit Bar. ut refert Bal. in consi. suo incip. sciēdū est, qd mulier, ac etiā Alex. in d. l. penul. & in dictis suis consiliis, & tūc maritus censetur fructus pecepisse, administrasse, & consumpsisse contra uoluntatē uxoris, & iō

renebitur indistinctē ad illorū restitutionem, atq; de his. & ita propriē loquitur tex. in d. l. pen. nihil audiendo. ¶ Et qd contra uoluntatem mulieris factus in casu isto presumatur administrasse, & fructus cepisse, concurrunt plures præsumptiones, quæ arguunt, mulierē non consensisse, prima est illa, de qua l. cū de indebito. ff. de probatio. Secunda, quia qd mulierū est auarissimū. l. si ego. ff. ad Velleia. cum in l. stipulata. in si. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. Tertia est illa, quæ colligitur ex cōgruētia personarū, quia debēt uiri ex bonis suis sustentare uxores, & ē contra: quarta est illa, quæ colligitur ex personarū qualitate, quia in uxore est annexa reuerentia erga uirum, propter quā resultat præsumptio dissensius, noluntatis. l. 1. §. quæ onerandē. cum similibus. ff. de rer. actio nō dat. & per Bar. in l. que dotis. ad ff. sol. matrimo. Vltimō, quia consumptio bonorum & fructuum mulieris est præiudicium mulieris, & in dubio mulier uidetur dissentire. l. qui uas. §. uera & l. pen. ff. de fur. & iō in casu isto absque dubio maritus, seu eius hæres de huiusmodi fructibus horum bonorū tenebitur rationē ipsi uxori reddere, ita uo Bal. in d. suo consi. quem ubiq; sequitur, ac refert Iac. xan. maxime in d. l. pen. & in dictis consiliis, & maxime in d. consil. 63. qui dicit, qd licet Bal. & alij hanc sum in pluribus locis tetigerint, tamē nullibi melius & plenius, qd in d. consi. cuius opinio est de iure uera, nec à dictis Bartoli, & aliorum discrepare uideatur, potius illa declarare, atque perficere. ¶ Stantibus præmissis, uidetur inferendum, qd in terminis nostris na, de quorum fructibus agitur, dicantur non bona dotalia, nec parafrénalia, sed bona, in quibus ipse uir nō habuit, nec administrationem habuisse distictis bona, de quibus supra in tercio genere est dictum qd non sunt dotalia, ut de se patet, & colligitur ex quæ habentur in dicto instrumento, item nō sunt parafrénalia, quia non sunt bona mobilia, nec talia, qd secum mulier in domum uiri detulerit, nec ipsi marito fuerunt per uxore tradita, qd oia sunt necessaria, hoc, ut possint dici bona parafrénalia, ut ex prædicto colligitur, nā bona, de quibus agitur, sunt immobilia, ut apparet ex instrumento prædicto, item uxor illarō nō tradidit, nec assignauit, quin immo ipsa mulier ea, & eorum usum, ac administrationem, liberam dispositionem sibi reseruauit quoad proprietatem & usum fructum, ac ius usufructuandi, habendi, tradendi, donandi, uendendi, alienandi, disponendi, totū ipsius uoluntatē perpetuo faciendi in uita, & in morte absque ullo impedimento, & contradictione alius personæ, ex quibus uerbis manifestē constat, qd mulierem sibi illorū bonorū, plenam, liberā, & grāuā administrationē reseruasse taliter, qd nulli alii administrationē pcessā dici possit, iuxta textū i. l. procurator cui. cū ibi no. in l. mādato gñali, & in l. procuratorum. ff. de procur. iunctis iis, qd hñr i. l. 3. §. ex pñ ff. de acquir. possēss. & in l. si ut certo. §. si duobus hñculum. ff. de commoda. ergo ex prædictis clarē intellitur, qd huiusmodi bona nec dotalia, nec parafrénalia dicuntur, & sic sunt de ijs, quæ sub tercio bonorū genere supra continentur, quorum usus, & administratio ad uxorem, & non ad maritum spectat, & ideo colligitur, qd illorum fructus de iure spectāt ad uxorem, nisi expresse appareat, qd de uoluntate sua maritus perciperit, atque consumpsit, ut dictum fuit, sed casu nostro non apparet, quod maritus fructus de uoluntate uxoris perciperit, immo contra ut dixi, ergo maritus, seu eius hæres ad illorum restitutionem tenetur, & cogi potest, per ea, quæ uoluit Baldus in d. consil. cum similibus præallegatis, & d. l. ubi adhuc, ut supra dixi.

Præterea posito, sed non concessio, posse dici, & probari, quod uir fructus de consensu, & uoluntate uxoris percepisset, & administrasset, tamen adhuc dico ipsum maritum, seu eius heredem teneri, & obligatum esse ad reddendam rationem dictorum fructuum, & sic ad illorum restitutionem in primis, quia maritus, seu eius heredes fructus etiam parafrenalium, & sic magis etiam aliorum bonorum, si extant, & non sint consumpti, restituere uxori tenetur, ita concludunt omnes Doctores in locis præallegatis. Sed si fructus percepti à marito etiam ex bonis parafrenalibus dicuntur extare, & non esse consumpti, & maritus asserens illos non extare, & consumptos esse, tenetur hoc plenè, & legitime probare, neque in hoc assertioni suæ staretur, alioquin ad illorum tenetur restitutionem, & rationem reddendam, quia res, quæ semel exiit, præsumitur durare, nisi probetur contrarium. I. si quis ex argentiis. §. si cum l. seq. ff. de edend. l. testium. in fi. C. de testibus. & est doctrina Bal. post Nicol. de Mathar. in l. 3. C. de probatio. & ita sequitur in terminis nostris Alex. in d. l. pen. in si. ver. nec Bar. ibi contrarium uoluit, quicquid dixerit, & uoluerit Salic. in d. l. fi. C. de pact. conuen. §. quem etiam est gl. expressa in l. creditor. §. si inter. in uerb. negatur. ff. manda. Itè concludunt omnes Doctores in locis præallegatis, ut supra retuli, quod si maritus parafrenalium quoque fructus etiam naturales percepisset, & consumpserit, & sic etiam de uoluntate uxoris, quo casu maritus illos facit suos, & non tenetur restituere, si ex illis ipse factus sit locupletior, tenetur eos, uel eorum æstimationem restituere, & consequenter rationem reddere, an ex illis factus sit locupletior, quia in dubio uxor habet fundatam suam intentionem, quod maritus censetur factus locupletior, & maritus contrarium dicens tenetur illud probare, alioquin tanquam factus locupletior, tenetur, & cogitur restituere fructus omnes, quos percepit, & de illis omnibus reddere rationem, quia præsumitur ex his factus locupletior, ut colligitur ex glo. quæ ibi multum commendat Ang. in d. l. utrum. in glo. 1. iuncto tex. ff. de peti. hered. & ita in terminis nostris uoluit Alex. in d. conf. 63. & faciunt, quæ habentur per Bal. in d. l. ubi adhuc. quasi circa hæc, qui inquit maritum teneri de fructibus consumptis, quatenus sit locupletior factus. ¶ Rursus si maritus, seu eius heres, qui dicit fructus esse consumptos, quos consumptos esse debet probare, ut supra, teneat reddere rationem, & probare, quod fructus fuerint in communes, & promiscuos usus tam uxoris, quam ipsius consumpti, & hoc est fundamentum suæ intentionis ad hoc, ut ad illorum restitutionem non teneatur, ut est tex. clarus in d. l. fi. & in l. hac lege. C. de pact. conuen. nā si in proprios usus maritus illos consumpserit, ipse de his reddere rationem, & illos restituere teneretur, ut uoluit Salic. & Bart. in d. l. fi. & Doct. post Bart. in d. l. pen. & omnes id sententur, ergo an fuerint per maritum in proprios, uel communes usus conuersi, ipse maritus, uel eius heres tenetur de hoc reddere rationem, ut in terminis uoluit Bal. in cōf. incip. est sciendum, quod mulier &c. & ita refert, ac sequitur Alex. in d. l. pen. in 2. col. quia in dubio præsumitur in usus suos conuertisse, & consumpserit, prout in dubio præsumitur ex illis locupletior factus, & sic in suos usus consumpserit, per ea, quæ supra proxime dixi. Videtur itaque ex præmissis concludendum, quod in casu nostro heredes mariti ad reddendam dictorum fructuum rationem, quinimmo ad restitutionem illorum, siue eorum æstimationis omnino teneantur per prædicta, quæ iudicio meo non possent melius facere, & bene faciunt ea, quæ uoluit Bal. post Bar. & glo. in l. si uiua matre. C. de bon. mater. & post glo. in d. l. ubi adhuc. quod maritus potest uti, & frui bonis uxoris etiam non dotalibus de consensu illius ex-

presso, uel saltem tacito, ueluti ea sciente, & patente, quod ultimum intelligas, quando uxor bona illa marito tradidisset, & assignasset, nec pro se retinisset, per ea, quæ uoluit Bal. in d. conf. & supra dixi. & Bal. in d. l. si uiua. subdit, quod glo. in d. l. ubi adhuc. dicit, quod fructus parafrenalium non seruiunt uiro, & Bar. consiluit, quod ad talium fructuum restitutionem uir, seu eius heredes tenetur, quod est uerum, quoniam consumpsit non in communes usus, nam quatenus communem usum excedunt, maritus tenetur: cumque prædicta locum habeant etiam in fructibus rerum parafrenalium, ut uolunt Doctores in locis præallegatis, sequitur, quod etiam tenendo in casu nostro fuisse bona parafrenalia, nihilominus heredes mariti erunt obligati rationem dictorum fructuum reddere per ea, quæ dicta fuerunt. Verius tamen est, quod non fuerint bona dotalia, nec parafrenalia, ut probatum fuit, ergo absque dubio heredes mariti ad reddendam rationem, & restitutionem fructuum perceptorum tenebuntur. ¶ Præterea si ad hoc, ut maritus faciat fructus suos, seu non teneatur ad illorum restitutionem, quando eos consumpsit, requiritur, quod res fuerint tradite per uxorem ipsi marito ad utendum, & in dubio præsumuntur ad utendum tradite, quoniam fuerunt simpliciter tradite. d. l. fi. C. de pact. conuen. Si uero non fuerint ad utendum ipsi marito tradite, sed maritus propria auctoritate fructus percepit, prohibendo uxorem illos percipere, & colonos de fructibus ipsi uxori respondere, quo casu maritus dicitur uim quodammodo intulisse uxori, & non uoluntatem suam fructus percepisse. per tex. cum ibi not. per Bar. in l. uim. ff. de ui. & ui arma. & melius in l. 1. §. huius interdicti. ff. uti posside. & tunc maritus indistinctè ad reddendam illorum fructuum rationem, & ad eorum restitutionem tenetur, quia non uoluntatem uxoris illos dicitur percepisse, ut dixit Bal. in d. l. ubi adhuc. & uolunt omnes in d. l. fin. in d. l. penul. & in locis aliis iam allegatis: sed in casu nostro uxor non tradidit huiusmodi bona marito ad utendum, sed illa sibi expressè, & specialiter seruauit cum libera administratione, ut in dicto instrumento; & maritus propria auctoritate percepit fructus prohibendo, uetando, ac turbando mulierem illos percipere, ac quasi uim inferendo per iam dicta: ergo sumus in casu, in quo omnino ipse maritus, seu eius heres tenetur reddere rationem de fructibus perceptis, & illos ipsi mulieri restituere, quia ubicunque maritus contra uoluntatem uxoris, & ea inuita percipit fructus bonorum non dotalium, & sic etiam parafrenalium, tunc omnes Doctores uolunt, ipsum teneri de fructibus perceptis, per ea, quæ uoluit Bal. in d. l. ubi adhuc. & alij supra sæpe allegati, & maxime quando bona non fuissent dotalia, nec parafrenalia, sed alia, ut uoluit Bald. in d. conf. quem sequitur Alex. in d. l. penul. & in dictis suis consiliis, cuius dicta sequitur tanquam de iure uerissima: sed in casu nostro bona fuerunt non dotalia, nec parafrenalia, ut probaui supra, ergo &c. & posito, quod possent dici parafrenalia, tamen adhuc idem dico ex prædictis, uidelicet, heredes mariti teneri ad reddendam rationem dictorum fructuum, & ad illorum restitutionem. ¶ Et tenendo hanc opinionem, ut ueriores, & æquiores, superest adductis supra in contrarium respondere, & quamuis ex præmissis pateat satis clara responsio, tamen ut ueritas magis elucescat, specialiter illis accommodabo responsum. Et in primis non obstat, quod in casu nostro maritus administrauerit, fructusque percepit de commissione, & mandato, seu uoluntate ipsius uxoris, prout ex pacto, de quo in instrumento continetur, quia respondeo, quod dato, sed non concessio hoc uerum esse, tamen propter hoc non sequitur, quin ipse, seu eius heres teneatur reddere rationem fructuum perceptorum, per ea, quæ

quæ plenè adduxi. Secundo respondeo, non esse ue-
rum, qd maritus administraverit, usq; fuerit de uo-
luntate, & cōsensu mulieris, immò totum trium est
uerius; cū ipsa mulier expressè sibi administrationē,
custodiam, usum, & liberā dispositionē reseruauerit
absq; impedimento, & p̄dictione alicuius personæ, &
sic ēt mariti sui, ut habetur in dicto instrumento. Præ-
terea maritus dī contra uoluntatē uxoris, & illa inui-
ta administrasse, fructusq; percepisse, ex quo ipsa uxo-
re uolente uti, prout sibi ius utendi, & usufructuandi
reseruauit, maritus prohibuit colonos, illis mandan-
do, qd non deberent de fructibus uxori respondere, sed
solum sibi, & ex hoc dī maritus turbasse, & prohibu-
isse ipsam uxore fructus percipere, ut supra dixi. ¶ Nec
obstat, dū in instrumento prædicto per pactū expres-
sum conuentū fuit, qd do. Alexander maritus, eiusq;
hæredes essent liberi, & absoluti ab omni onere admi-
nistrationis reddendæ, & dicantur absoluti à fructi-
bus perceptis quorumcunq; bonorū &c. per quod pa-
ctum, & per quæ uerba v̄f data licentia marito uten-
di, & administrandi, quia huic oppositioni, quæ est po-
tissima, & magis stringit ad fauorem hæredum mari-
ti responderi potest, f̄ qd debet intelligi in eo casu, in
quo expostfacto constaret de uoluntate, & consensu
ipsius uxoris, ut quia post p̄dictum, dictumque pactum
uxor concessisset marito uti, & administrare, & sic il-
lud pactū debet intelligi in terminis iuris cōmunis,
uidelicet, si postea ipsa mulier consensisset, & uoluis-
set maritū administrare: & hoc est dicendū causa cui
tandæ contrarietatis, quæ semper in dubio debet cui
tari. argum. l. ubi repugnātia. de reg. iur. & c. cum ex-
pediat. de elect. in 6. cum si. nam cum prius sibi mul-
ier reseruauerit usum, administrationē liberā, & dis-
positionē quoad proprietatē, & usufructum tam
in uita, q̄ in morte taliter, qd uidetur uoluisse nullum
alium posse administrare, & uti, ut ibi absque impedi-
mento, & cōtradictione alicuius personæ, deinde im-
mediatē, & successiue fecerit pactum expressum, per
quod uoluit maritum, & eius hæredes esse liberos, &
absolutos à redditione rationis, & administrationis,
ut supra, hoc debet intelligi, uidelicet in casu à iure
cōi concessio, & permissio, hoc est, si expostfacto con-
staret, qd ipsa uxor hoc uellet, & consentiret, ne dica-
tur se incontinenti correxisse, prout in dubio non est
præsumendum. argum. l. non ad ea. ff. de condi. & de-
monst. Prædicta in simili suadentur ex iis, quæ uolūt
Doctores statim allegandi, qui dicunt, f̄ qd si in instru-
mento emphyteosis per pactum expressum fuerit cō-
uentum, qd emphyteota habeat licentiam, & potesta-
tem uendendi, & concedendi rem emphyteoticam,
cuiusq; uoluerit, hoc pactum debet intelligi in ter-
minis iuris communis, uidelicet, dummodo hoc fa-
ciat de uoluntate, & licentia ipsius domini, prout de
iure communi fieri debebat, & sic tale pactum intelli-
gitur secundum naturam ipsius actus, super quo ap-
ponitur, ut uolunt Spec. in tit. de loca. in §. nunc uerò
aliqua. in uerfi. 94. ibiq; Ioan. And. in addit. arg. l. con-
uentionales. ff. de verb. oblig. l. si stipulatus. in prin. ff.
de usur. & l. si qñ. in prin. C. de inoffic. testam. & sequi-
tur Alex. in cons. 106. in 4. uol. in fi. i. col. ita etiam di-
camus in casu nostro. ¶ Accedat id, f̄ quod uolunt
Bart. & doct. alii per illum tex. in l. quero. §. inter loca-
torem. ff. locati. qui dicunt, qd si factum sit pactum de
non expellendo conductorem, intelligitur in termi-
nis iuris communis, uidelicet, dummodo cōductor
non cessauerit per biennium in solutione pensionis:
& ibi Doct. plura alia ad propositum ponunt. Et hæc
confirmantur, quia f̄ uerba contractus, quæ possunt
pluribus modis intelligi, & interpretari, semper de-
bent interpretari contra illum, qui se ex uerbis ipsius

contractus fundat. l. ueteribus. ff. de pact. ibique Be-
c. in præsentia. cum gl. de proba. & not. in c. ex litteris
de sponsalib. ergo cum uerba dicti pacti possint in-
ligi in casu, quo expostfacto constat de uoluntate
suis uxoris, & hoc, ne resulet contrarietas, & hæc
interpretatio faciat contra maritum, eiusq; hæres
pro quibus facit illud pactum, & qui se in uerbis illis
fundant, sequitur, qd hæc interpretatio contra ip-
erit facienda, & hæc responsio est optima, & realis
pactum, de quo supra, intelligatur in terminis iuris
communis, uidelicet in casu, quo ipse maritus admi-
nistrasset, & fructus percepisset de uoluntate, & con-
missione uxoris per prædicta: sed cum mulier exp-
facto nunquam consenserit, nec uoluerit maritū
ministrare, nec fructus percipere, immò contrari-
semper uoluerit secundum ea, quæ mihi in facto
ponuntur, sequitur, qd standum est primè conuen-
ni, & declarationi, seu reservationi factæ, per quæ
uxor sibi usum, & administrationem liberam retin-
uit, & dum in dicto instrumento, siue pacto ad fa-
rem mariti, eiusq; hæredum facto dicitur, ita qd
ipsis usufructibus eorundem bonorum quocunq;
modo perceptorum, & administratorum &c. & ex
bus uerbis generalibus, & pręnantibus uidetur
dum, qd etiam si contra uoluntatem mulieris man-
administrasset, tamen illud pactum debeat habere
sectum, ut dixi supra in tertio fundamento partis
23 uerba, dico, f̄ qd illa uerba generalia, & geminata qd
modocunq; administratorum, & perceptorum
bent intelligi, & regulari secundum ius commune
in casibus regularibus, non autem in casibus spec-
bus, & contra regulas iuris: nam hæc uerba, quom-
docunq; & qualitercunq; non includunt casus
speciales, & in quibus à iure mentio specialis re-
tur, ut in c. 2. ad fin. de præben. in 6. ibique Petr. de
char. & Domin. de S. Gemin. & faciūt not. per Phil-
pum in c. ad hoc. de appella. & consequenter debet
intelligi hæc uerba de bonis perceptis, & adminis-
tis quomodocunq; de uoluntate, & consensu ipsius
uxoris, uidelicet siue expressè, siue tacitè secundum
pra dicta. Et per hæc apparet responsum primo, secun-
do, & tertio fundamento, quæ erant in uoluntate
ris fundata, & quæ idem præsupponebant. Nec ob-
id, quod uoluit Bar. in d. cons. 125. quia ipse loquitur
in casu, quo maritus fructus etiam naturales perce-
set de uoluntate uxoris. Præterea Bart. ibi non negat
quin maritus teneatur reddere rationē in casibus in
pra per me notatis, & pōderatis, ut uolunt, & præ-
ponunt doctores cōiter, ut supra dixi. Vltimo Bart.
d. cōf. nō iuit perfectè loquutus, ut colligitur ex no-
per Alex. in d. l. pen. & in dictis consiliis supra alleg-
tis. Ex quibus uidetur indubitanter concludendum
ad fauorem dictæ mulieris contra hæres do. Al-
xandri mariti præfatæ dominæ Aloyiæ. Laus Dei.

S V M M A R I U M.

- 1 Mulier propter inopiam, longamq; absentiam mariti postea
ad dotem sibi restituendam, uel in tuto collocandam contra
redes soceri, qui se in solidum cum marito pro dote restitue-
obligauit, & decessit, filio marito dictæ mulieris solus
quinquaginta iure institutionis relictis cum prohibitione, quæ
plus petere non possit sub pena priuationis relictis.
Etiam si soceri hæreditas esset copulensissima. num. 3.
Idem, si uir suus à socero fuisset exheredatus. num. 4.
- 2 Immo etiam contra socerum uiuentē ob filij inopiam agere potest
maritus, constante matrimonio, adulterium committens postea
uxore de crimine adulterij coram iudice ecclesiastico accusa-
ad thori separationem, dotisque suæ restitutionem.

ΕΡΙΤΟΜΕ habetur supra in summario sub ti-
mero 1. *in fine*

CON-